

respondetur d. l. i. s. si parens, & d. l. cum quo de peculio, s. si. quia in his iuribus no supponitur, facultates patris esse auctas postea, sed solu affirmatur id, ad quod dicta jura adduximus, scilicet, posse patrem praevenire tempus mortis, & solvere legitimam filijs in vita, quod quidem non mirum est, nam & l. si. C. fam. l. ex. hoc expressius dicit: Na inquit, posse patre in vita diuidere bona sua inter filios, & quod valet hujusmodi diuisio, n. 6 tamen ideo sequitur, quod si post d. diuisionem alia bona aucta fuerint, non debeant diuidi.

Secundo t. & principaliter haec opinio affirmatiua probatur ex text. optimo in l. si quando, s. 1. & l. C. de inoff. testam. vbi probatur, quod etiam pater filio in vita der & assignat aliquas res pro legitima sua, vel pro parte ipsius, no prohibetur filius postea supplementu petere. Neque obstat intellectus, quem ad illum text. ex pluribus Doctoribus assignat Tellus Fernand. vbi supra, d. n. 16. ad fin. scilicet, quod ibi filius non accepit integram legitimam, sed partem ipsius, ideo no prohibetur residuum petere, at vero nostra q. est, quado filius in vita integram legitimam eo tempore sibi competentem accepit. Nam respondeo, quod idem est, etiam si integram legitimam accipiat, quia respectu bonorum postea quaesitorum, no integram legitimam accepit, vnde licet respectu ejus legitime, quae sibi competebat tempore receptionis nihil possit petere ex bonis patris, quia jam recepit jus sibi competens, tamen respectu ceterorum bonorum postea quaesitorum no prohibetur petere legitimam, sicut videmus in d. s. 1. & 2. quia licet respectu illius partis, quam filius in vita patris recepit, no possit post mortem patris aliquid petere, respectu tamen reliqua partis sibi pro complemento legitime competentis in bonis patris bene potest petere, vt in dd. iuribus probatur, quia huic juri non potest renutiari, cu sit improbatu pactu de renutianda futura successione. Vnde cu valeat argumentum de parte quoad totum, & de toto quoad partem, vt in l. 1. qua de tota, cum sim. ff. de rei vendic. c. sequens est, vt in illis s. h. haec secunda opinio probatur, non obstante intellectu & responsione illis iuribus assignatis per Tellum Fernand. vbi supra.

Et ita inuenio, quod hanc secundam opin. tenet expresse cotr. Iac. But. Bald. in d. l. pactum dotali, in 6. oppos. C. de collat. & dicit hac opin. com. Ias. in d. l. cu in existur, & in aut. nouissima, n. 9. & in d. l. si quando, s. 1. incip. illud, C. de inoff. testam. & communem dicit idem Ias. in l. quod Seruius, col. si. n. 12. ff. de cond. caus. dat. & c. dicit etia comunem eam sequedo Cou. vbi sup. & hanc dicit magis comunem & eam sequitur idem Cou. in c. Rayn. s. 1. n. 8. de testam. & dicit magis comunem idem Mench. de success. creat. s. 18. n. 84. quam opin. tenet etiam Bald. & Ripa n. 38. per text. ibi in c. cum M. Ferrar. de const. & sequuntur eam & dicit comunem alij relati per Tel. Fernand. vbi supra, n. 15. sequuntur plures relati per Baetzam vbi supra, n. 17. dicit comunem Ioan. Bapt. vbi supra, cum Cou. hic Ias. & Gram. quos tantum refert.

Vnde per t. cotrariu idem erit, diminutis facultatib. patris tempore mortis ipsius, nam poterit reperi a filio excessus legitime ja prestite & repta, secudu Paul. de Cast. in l. in ratione, la 3. n. ff. ad Falc. & ibi Alex. n. 7. & est ex mente comunis opin. affirmatiuae secudo loco sup. posita, licet prima comunis habeat cotrariu: & in specie Tellus Fern. vbi supra, d. n. 16. col. antepen. Na reteta secud. opin. debet retineri opinio Paul. suprad. quia contrariu eade est disciplina: & reteta prima opin. principali, debet teneri cotra Paul. sed vt dixi, meo iudicio, secuda opin. est verior & tenenda, & per consequens suprad. illatio, licet ambe opin. comunes & magis communes sint, secundum quod Dd. dicunt.

Vnu tamen est sine dubio, quod deducitur in proposita q. ex nostro tex. sc. quod si filius hic, qui in vita patris accepit legitimam sibi tuc competentem, cu iuramento renuntiauit hereditati patris futurae, tuc omnino excludetur, etia auctis postea facultatib. patris, & per cotrariu si diminuatur, nihil reperi poterit ab eo filio, per text. in hoc c. quauis pactu, qui expressus est in hoc: & plures Dd. allegas testatur hanc esse magis comunem opin. Cou. in praesenti 3. p. d. s. 1. n. 2. col. pen. & si. illius n. eandem quoque sent. tenet Tellus Fern. vbi supra, n. 12. qui n. 13. & 14. alios duos casus considerat in materia. Hanc testatur etiam magis comunem Io. Bapt. vbi supra, qui alios allegat, non vero supradictos, & inquit hac esse concordiam inter supradictas opiniones.

Primus casus est Tellus vbi supra, quando filius in vita patris non recepit integram legitimam. Nam inquit Tellus cum alijs, quos refert, quod tunc auctis facultatibus patris, potest filius residuum petere ex d. l. si quando, s. 1. C. de inoff. test. quod sane verissimum ipse quoque esse censeo. Sed videtur aliquo modo in hoc ipse Tellus incidere in opin. hanc nostram secund. principalem: Nam si filius non recepit integram legitimam, etiam & respectu bonorum, quae id temporis pater habebat, clarum est, quod etiam si facultates patris non augeantur, poterit petere postea residuum: Igitur cum Tellus Fernandez n. 13. dicat quod auctis facultatibus, quando filius non integram legitimam in vita patris accepit, potest filius petere residuum, loquitur etiam respectu bonorum postea auctorum: Nam si firmus erat auctor suprad. in opin. Iacob. Butric. quae fuit primo loco supra posita, non debebat dicere in d. n. 13. quod auctis facultatib. filius, qui non recepit in vita patris integram legitimam, potest residuum recuperare, quia etiam non aucta fuissent, sed eadem bona fuissent, quae erant tempore assignationis & receptionis, post illud tempore.

Secundus casus Tellus Fernand. in d. n. 14. est, quando pater in vita coactus fuit vi statuti soluere legitimam tunc filio competentem pro delicto ipsius filij, nam tunc etiam auctis postea facultatibus patris, filius nihil aliud cosequi poterit, & ibi allegat Doctores hoc tenentes. Haec opinio vera videtur, quia hoc casu jam lex, hoc est, statutum contenta videtur illa legitima, no in respectu tempore mortis, licet possit subtiliter instari, quod statutum hujusmodi non praecipiat, legitimam considerari tempore condemnationis, neque tempore mortis patris, sed tantum dicit, quod pater teneatur soluere legitimam filio in vita pro condemnatione ipsius, vnde non aufert jus filio competens in bonis postea futuris.

Et sic cum statuta sint stricti iuris, non sunt extendenda in praediciu filiorum, sed imo interpretanda, vt quam minime laedant jus commune, vt in l. 2. C. de noxal. act. cum simili, quia debet intelligi secundum jus, vt in l. nam & posteriores, ff. de legib. praecipue, quia est euitanda legum correctio, vt sunt iura vulgaria, propter quae dubius sum in hoc vltimo casu, tu cogita & dato majori otio delibera.

S V M M A R I A.

- 1 Text. hic an procedat in filia inuente religione renuntiant e hereditati patris cum iuramento, aliqua dote recepta.
- 2 Renuntiatio intrantis religionem qualiter & quo tempore hodie fieri debeat.
- 3 Ingressus monasterium si laedatur enormissime ex sua renuntiatione iurata, quam fecit, an possit huiusmodi renuntiatione iurata rescindi per in integrum restitutionem.
- 4 Testamentum ingredientis religionem ante ingressum factum, an valeat hodie stante quodam decreto Sacri Concilij Tridentini.

Donatio inter viuos facta aliquibus diebus ante ingressum an valeat stante dicto decreto Sacri Concilij Tridentini.

Vnu nuptii tradebatur. Adde tamen esse si filia renuntiet, dum religione intrare vult, & sic quod monasterium nihil petere possit, ex iuris vulgari regula, quod valet argumentum de matrimon. carnali ad spirituale & econtr. vt in c. inter corporalia, & c. si de translatione prelat. praecipue, cum in hoc differentia non inueniatur, & ita in re minis tenent Barr. in l. si. n. 6. in si. & ibi alij Dd. C. de pact. praecipue Cagnol. in reposit. illius l. n. 15. & testatur eam videri magis comunem opinionem Cou. in praesenti, in 3. part. s. 2. n. 3. qui eam sequitur & inquit procedere, etiam si no reciperet omnem quantitatem sibi competentem, dum tamen congruam dotem recipiat: & tandem inquit esse admodum vtile, & denique cautissimum, ad euitandas Doctorum opiniones in hac contouersia, vt praedict. pactum fiat ex consensu monasterij, id est, praelati & conuentus, qui in quarendis possunt monasterio praedicare, vt in specie asserit tenere Purpurat. & Cagna. in d. l. si. n. 194. & ita est tenenda haec cautela, quia contra comunem supradictam tenet Corneus conf. 27. lib. 3. & est etiam communis opinio in contrarium, vt latissime pro vtraque parte plures allegans tradit Tellus Fernand. in l. 6. Taur. n. 53. & plurib. seqq. qui est omnino videndus in hoc articulo.

Hodie vero t. per sacrum concilium Tridentinum sessione 25. cap. 16. aliter in hoc statutum est, his verbis: nulla quoque renuntiatio aut obligatio ante facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causae p. valeat, nisi cum licentia Epi. coepi, sine eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequatur professione, aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatione etiam iurata sit irrita & nullus effectus, & sic haec forma seruanda erit in renuntiationibus, quae deinceps fient, quae traduntur in hoc decreto.

Sed; An si t. laedatur ex renuntiatione ingrediens monasterium enormissime, quia renuntiauit opulentissima hereditati modica dote sufficienti tamen contenta, poterit rescindi huiusmodi renuntiatio iurata per v. situationem in integrum? Quia in re quicquid sit in alijs casibus, vt dictum est a me in aut. sacramenta puerum, C. si aduers. vendit. in hoc tamen speciali, quando renuntians ingreditur monasterium nullo modo rescindi debet d. renuntiatio, [sit tamen fiat secundum formam hodie traditam in dicto decreto sacri concilij] etiam si laesionem enormissimam contineat, vt tenet late fundans & probans Couar. in praesenti, d. s. 1. n. 5. sequutus opinionem Decij & Aymon. Saull. in consilij per eum ibi allegatis, & bene D. Burg. de Paz. conf. 5. n. 1. & seq.

Sed vidi iam quendam satis acuti ingenij Iurisperitum intelligere praedictum decretum sacri Concilij supra relatu in renuntiatione & obligatione, quae fit inter viuos, secus vero in testamento, quod ingrediens ante ingressu potest iure facere testando de omnibus bonis suis prout voluerit, neque ingressu monasterij testamentum rumpitur, vt in authent. de monach. s. illud, & in S. nunc autem, & in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & in authent. nunc autem, C. de Episcopis & clericis, & in cap. si qua mulier, 19. qua. final. Vnde cum sacrum Concilium tantum loquatur in renuntiatione & obligatione, quae quidem inter viuos sunt, non debet extendi ad testamentum, quod est actus morientis & deambulatorium vsque ad mortem, cum per hunc intellectum euiteret, legum correctio, & quod non mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. i. libentis, C. de testam. & in leg. praecipimus, C. de appel.

Certe hic intellectus si verus est, prout videtur, optimus est, & qui plurimu conducit in practica, licet non sit remediū firmitum consanguineis vel alijs, quib. in testamento ingredientis relinquitur hereditas, quia postea ingressus poterit reuocare & annullare testamentu per suasionem monachoru & conuentus. Sed quicquid sit, non audeo affirmare hunc intellectu relinquo sub declaratione Sani nostri Pontificis qui habet auctoritate declarandi, indubitaner tenet hanc meam opinionem & intellectum ad dict. decret. Sacri Concilij Trid. Io. Crac. in reg. 56. nu. 7. Illud scio, praed. Iurisperitum, qui ita intelligebat sic practica se in suamet persona, quia ingressus fuit monasteriu Sani Francisci Salmanicae, & antequam intraret, fecit testamentum & disposuit de bonis suis in fauorem suorum fratru prout voluit, sed de eius testamtu firmitate dubito, attento dicto decreto sacri concilij, quod alias per hunc modu defraudaretur. Item etia, quia sunt diuersae opiniones inter glossas & Doctores in iuribus supra allegatis, an monachus ante ingressum possit condere testamentu, praecipue in l. 17. tit. 1. partit. 6. quae post ingressu prohibet testari, de cuius leg. intellectu vltra Greg. ubi gl. 1. videndus est Cou. in c. 1. n. 4. ad si. de testam. quo loci, d. n. 5. per totum agit, an & quando testamentum factu ante ingressum religionis reputatur per professionem, & quod factum post ingressum, ante professionem tamen, no reuocatur per professionem, & nu. 9. quod post ipsam professionem non potest mutari nec reuocari, etiam in fauorem monasterij, quamuis in vtroq. alij aliud teneant, vide etiam in mater. Ioan. Gratian. vbi supra, per totam illam reg. 456.

Cogitabam, an t. possit dici quod ingressurus siue ingressura religionem, aliquibus diebus ante ingressu faciat donationem firmam & solemnem suorum bonoru inter viuos, cui velit, referuata sibi aliqua parte competente pro suis necessitatib. non facta mentione nec renuntiationis nec ingressus religionis: Quia cu quis existit in seculo non cogitatur de ingressu religionis, etiam hodie non videtur prohibitum per Sacrum Concilium, quod donet, dum tamen alia solentia seruet & in fraude Concilij id non faciat, praecipue, quia decretu supra, d. 5. Concilij attentis precedentibus decretis tantu videtur loqui in renuntiatione facta ab ingressu religionem. Sed adhuc de hoc dubito si fraus huiusmodi donationis praesummi possit, quod potest costare vel ex modico intervallo tempore inter donationem praedictam, & ingressum religionis, vel ex alijs etiam coniecturis, ideo consulo, vt semper in renuntiationibus huiusmodi seruetur forma tradita in hoc a sacro Concilio Tridentino, vbi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Text. in hoc c. quauis pactum, procedit, etiam si nulla dote recepta renuntiatio fiat.
- 2 Matrimonium an valeat & esse possit absq. dote.

Vnde t. dote contenta. Idem si nulla t. dote recepta renuntiationem hanc iurata, de qua in hoc textu, faceret, quia tunc alia ratione sustinebitur haec renuntiatio, scilicet, quia iuratum potest seruari absq. dispendio salutis aeternae, quae ratio etiam militat in hoc casu, sicut quando filia renuntiauit accepta aliqua dote. Et haec est comunis opinio, licet alij qui Dd. teneant contrarium secund. Cou. hic d. s. 2. n. 6. vltra quem eandem opin. dicit magis comunem plures Dd. referens Ant. Gomian l. 22. Taur. num. 7. quae est tenenda, licet vltra allegatos, per ipsos contrariu etiam teneant Anchar. conf. 39. n. 2. & Imol. conf. 1. col. 2.